

micirculum, chorda scilicet ad arcum. Amplius in nostra quatuor sunt fascia siue tabella, non tres, atque simbriarum modo depicta, quarum pars media laetior, & ut magnitudinem exprimamus, singulis lata est sesquialtera, & iuxta claviculas in acutum desinit, & imbricatum disposita, & cum animal exierit graditur, occultantur in totum, cum aliis conglobato animale tertium animalis partem cooperiant. De reliquis non ambigitur, quin idem animal voluerit pictor ille exprimere, quamuis minus recte, nisi fallimur: ex qua pictura Clusius suam tabellam exaravit. Hoc animal tertium Tatou genus constituere, ex iam sibi cognitis idem Clusius retulit: nam primum genus illud esse statuit, quod primum innosuit, & à Monardo fuit descriptum, nimum antiquius, & vulgarius, quod videre licuit in diuersissimo Imperator nostri Museo, & marinus est omnibus alijs corpore, & cauda oblongiore, squamis contextum. Secundum genus quod est minus & simile, ut ait Clusius, idem forsitan cum hoc ab Auctore nostro descripto breuiore statura, & cauda, sed simili. Tertium est à nobis descriptum, & depictum. Pictura ex testa demortui, & animal descriptum coniectura: cuius cortex non squamosus, ut in superioribus duobus, sed testudinato, bivaluo, osseoque tegmine, cauda breuissima, & alijs differens miro Natura artificio, ut diximus, quo se in globum contorquet. Animal verò à doctis Clusio, ex colorata icone ad ipsum à studio Iacobo Plateau in epistola adiecta, unde breuem historiam concinnasse refert, sic describitur. Habebat porrò id animal pedis vnium, & quatuor vnciarum longitudinem: corporis verò ambitus, erat quatuordecim vnciarum, binis videlicet minor longitudine: eius tegmen durum, & testaceum, fuliginosi coloris, quem fortè vetustate, & manu tractatione contraxerat, quodammodo tessellatum, à collo ad medium, corpus quasi orbiculata figura tessellis variè pictis distinctum, medio autem corpore, ternis ordinibus quadrangulorum tessellarum variè etiam pictarum insignitum; postrema tegminis pars similibus orbibus distincta erat, qualibus pars anterior: totum etiam caput ad nares vsque similibus testis rectum, aures patentiores, nec adeò mucronatas habebat, ut illud quod in scholio ad Monardum exhibitum: cauda breuis erat, duobus digiti humani articulis extremis non maior; tota etiam orbiculatis tessellis recta: ventrem nullà crustâ rectum fuisse, sed villis duntaxat oblitum, pictura representabat, quemadmodum etiam crurum posteriorem partem, atque guttur, & nares: posteriores pedes ternis digitis, & calcari præditos fuisse pictura fidem faciebat, anteriores verò duntaxat binis, & calcari, nisi à pictore fuerint prætermitti: penem satis longum, & exsertum habebat. Huius animalis testudinem bivaluam, à nobis Romæ reperiam, curiose seruamus, tanquam rarum quid Nature, & admirandum, osseum, tessellatum, testudinatam, compositum, quod, ut diximus, & oblonga, & rotunda figura sit ad animalis libitum. Huius singulas tessellas crescente animale crescere oportet quoquoque, quamuis ossa sint duritie, & substantia, & non cornea, ut in terrestri Testudine, in qua singulis tessellis extremae ambientes lineae illud augmentum ostendunt, quod in hoc animale minime obseruatur, cum varijs tuberculis, non lineis sit depictum, & asperum. In testaceis clarum est incrementum fieri testa in extremis oris per additionem, in crustaceis verò per totam crustâ, & sic per dilatationem. Hoc animal, ut post nostrâ editionem, ab Exoticorū Clusij volumine, quod postea Romæ venale fuit, didicimus, Brasiliana Tatou, Hispanica Armadillo, Mexicana verò voce Aiotobuli, id est cuniculus cucurbitinus appellari, quod nomen magis buic, quàm alijs congruere videtur, licet conglobentur. Vide Thevetum ultra Monardum. Pag. ead. Cap. 3.

Hic nostra confirmatur propositio, in loco ubi sit materies apta, & eadem Cali constitutio siue simili qualitatis materies, & Calum, indeque eadem temperies, eadem similibus locis generari posse. Nec nisi Maris qualitas, & similis Cali temperies supra montem adfit, posse supra montem oriri maritimum, quamuis posse alibi genitum aqua ipsa prouehi, sicuti nec in lacustribus terrestribus, nec in terrestribus, & sicis lacustribus, nisi loci conuersione prius acta.

Pag. 315. Cap. eod.

Nostram sententiam adiuuat etiam Plinij auctoritas, qui lib. 5. cap. 1. refert, flumen Darat, in australi Africa parte post promontoriū Solis Crocodilos gignere: ac etiam ultra post Aethiops Daratitas flumen Bamborum, Crocodilos, & Hippopotamis abundare: & præter fluuiatiles inueniri quoque Crocodilos marinos, cum in aqua dulci & salia fuerint obseruati. Terribilis hac belua est contra fugaces, & fugax contra insequentes. Hac Plinius recenset lib. 8. cap. 16. cuius mores, & vires etiam medicas apud eundem vide.

Pag. 318.

Pag. 318. Cap. 6.

Aliam nouam speciem describit, & depingit doctis. Clusius in Auctario ad Exoticorum volumine cap. de Manucodiatarum, siue Paradysiarum auium Rege credit, cuius picturam, & historiam refert, & præter alias notas quamplures, magnitudine, colore, & alijs, hanc præcipuam differentiam notauimus, quod scilicet rotunda ille penna siue Cerodonum filis similes tenuitate, pilose, & admodum longæ, quibus suspendi assertur vice pedum; in hac specie, præter breuitatem, & tenuitatem, laues sint, & in summitate tantum ad vncia longitudinem in orbem conuoluantur, ab vno duntaxat latere tenuissimis villis prædita, prona parte coloris viridis, saturi, splendentis, & elegantis, penè instar pennularum, quæ Anatis fera maris collum tegunt, magnam sanè venustatem addentes, supina verò parte fusci coloris. Inueniri etiam tradit alias aues, quæ setas habeant alteram super alteram versus extremum decussatim sitas.

Pag. 327. Cap. 14.

Algazel ex Africa.

Quia ab Auctore nostro inter animalia Bezouarifera noua Hispania præter Ceruorum speciem Mazame vocatam, ceruinis cornibus præditam, alia minores species, quarum alie ferè, alia mitiores, & timida, ac alia minima pluribus etiam differentijs distincta referuntur, quæ non inter Ceruorum species ut priores, at inter Capreas potius recensendas iudicauerit, ut possiremam Temamaçame dictam breuibus, nec ramosis cornibus, & toto reliquo ferè corporis habitu non parum animalis à nobis nunc exhibendo, nisi maioribus esset cornibus (quod forsitan ex Asia) respondens illud depictum, & à nobis obseruatum hoc loco addere non ingratum studio sit fore putauimus. Animal est exoticum à quodam Turca diuite ex Africa Neapolim muneris loco Principi viro missum, magnitudine Caprea, Capreoli dicti, cui tato habitu prima facie simile, nisi quod cornibus nulli magis quam Hirco similibus sit præditum, quare arabicè Algazel dicitur, ut à D. Gasparo Principe Fez, cui notum hoc animal est, relatum fuit, quod eadem quod Capra sonat, nam cornibus, & statura Capram prima facie videtur amulari, ut



Hirco-caprea, vel aiyedoxas dici posse. Pilo est breui, leui, flauicante, at in ventre, & lateribus candicante, sicuti in internis femorum, & brachiorum, illoque Capreolo molliori. Altitudo illius in posterioribus, quæ sublimiora sunt anterioribus tibijs, tres spatulas aequat. Corpus obesum, & collum crassus habet, cruribus, & tibijs admodum gracile: ungulis bifidis admodum dissectis, sillisq. tenuibus, & bircinis oblongioribus, & acutioribus similitudine Alces, &

Flff 3 nigri-

1. Tatou Monardi.
2. Tatou minus an Recchi?
3. Tatou Aurhoris, & Clusij.

Aquetapa
lin.
Crocodi-
lus Mexi-
canus.

nigricantibus. Caudam habet dodrantem ferè pilosam, hircinam, & è medio ad extremum...
esque nigrescentem. In exteriori pusterarum tiliarum iunctura quid callosum extumescens
obseruatur, quia cum resstat forsitan comprimitur, vel alia de causa, nam & in anterioribus
genibus depilatum quid crissiosum, propter genuflexionem, conspicitur. Hilaris aspectu facies,
oculi magni, nigri, laedi, aures longa, magna, patula, in prospectu elata, illaq. inius
canaliculata quinquefido strigium ordine nigricante, extumentibus circa illas strigis pilosis can-
dicantibus, & linea tenui circumducta; quod in hoc animale obseruare coniungit. Cornua pe-
dem romanum longa, retrorsum inclinata. hircina, ex nigro castaneo colore coebelatis striata,
& interno siu adiuuicem sinuata, & post dilatationem reflexa, atque deinde in extremo parum
acie respinata. In his rotundum, quod à fronte ad medium usque stria illa in cornibus ela-
ta scissura quadam laterali hinc inde diuisa, aut intersecta apparent, & quod magis striges
strigis opponi videntur, ut interruptus ordo coebelatis appareat: donec post medium illorum scis-
sura deleta, siue coniuncta ad summum usque iterum seruetur. Hoc autem accidere putamus,
quia cornibus incrementum interne prouent, & scior externa pars veluti excrementitia iam
facta, nec ad illud recipiendum amplius apta, siudi oportet, ut in Quercus, & Vitis cortice ob-
seruatur, & similibus. Nasus colore magis ruffo, sicuti ex oculis parallelo ordine linea nigri-
cans dependet ad os usque reliquis candidantibus. Nares, & labia, os, & lingua nigrescit:
quod satis, dum ruminabat, obseruauimus, dentibus ouium modò exiguis, & vix conspicuis, vo-
cem edit non abhmisilem suille. Animal est omnium, vespit quidem herbis, bordeo, pane,
ferculis quibuscunque ad hominis etiam usum paratis, nec non & dulciarijs. Dumingere,
vel corpus exonerare sit opus, è solito loco mansionis secedit, & ubi rimam in aula pauimen-
to conspicit, in illa mingit, & paulò post longè excernit, nec locum mansionis vult deturpare.
In mictionis actu renes deprimis se inclinans, ut quadrupedibus mos est similibus, deinde
se erigens ad secessum vadit. Mansuetum est animal, quia forsitan ab ineunte aetate assuetum
hominibus à quibus cibis ministrabatur: cornibus tamen tactis, suam in illis fortitudinem
induit vim faciens, & illa minime decidua esse putamus. Dum de loco in locum migrat festi-
nantes succursitans, domus angulam petit, ubi posterioribus versis illico quiescit, indeque ali-
qua de causa discedens, simili modo alium alterius cubiculi angulum petit, ne forsitan imparatè
aucta parte laedi contingat, nam & tactis posterioribus calcitrans aufugit, & in angulo positum,
arrectis auribus hinc inde prospiciens consistit: quod etiam Cerue expauescenti natura indi-
tum est, ut simili modo aures in prospectu patulas erigat, ut postea obseruauimus. Quare timi-
dum, & suspectum est animal, & hac obseruare licuit apud clariss. D. Marius Schipanum
naturalium studiosissimum, & Philosophiaque demonstratiue ex Chymia profectè, prater
logophysicam illam scholarum dominam, obseruatorem diligentissimum; à cuius manu hoc
animal, quamuis parum timidum, non semel dulciaria etiam accipere vidimus, & hilariter
deorare, cui dictum animal ob scientiarum, morumque praestantiam dono & amoris ergo fuit
oblatum.

Scriptores de Bezoar

De Orientalibus, & Persicis lapidibus, & animalibus illos generantibus vide quoque Gar-
zianu ab horto in lib. Aromatum cap. 45. qui ex quadam Hirci specie illos erui asserit: cuius
cornu effigies tuberculis circa ima coronati, & eiusdem ungula à clarissimo Carolo Clusio post
doctissima scbolia exhibetur. Verum nos eiusdem animalis cornu, quod parum illius iconem su-
perabat striatum oblique, sed absque tuberculis illis apud doctiss. Franciscum Imperatorem Fer-
dinandi filium simul cum rufescente lana breui eiusdem animalis, & ouium modo molli obser-
uauimus. Videndus est etiam libellus clarissimi Galparis Bauhini de Bezoar orientali, occi-
dentali, atque germanico, in quo diffusè cum breuitate, qua ab Arabibus, & Recentioribus de su-
pradicto lapide scripta sunt, singulari metodo referuntur.

Alia ani- malia Mex.

De Quadrupedibus alijs noua Hispania ab Auctore nostro non descriptis, sed nuda pictura
exhibitis ad eundem est doctiss. Collega noster Io. Faber Lynceus, qui diligentissimè illa descri-
psit, & scholij etiam luculentè eruditione referens illustrauit fol. 465. ad finem usque.

Apes. Mel. Ind.

De Apum generibus, speciebus, differentijs, moribus, ingenio, virtute, mellificantium, vel
non mellificantium, generatione, satura, & alijs: De mellis differentijs, ipsarumque vniuersa
hystoria doctissime & elegantissimè in suo Apiario egit Illustriss. & Excellentiss. itemque omni
scientiarum genere praestantissimus D. Federicus Cæsius Princeps S. Angeli, & Montis Cælij
Mar-

Marchio Lynceorum Inceptor, ac Princeps, cuius exemplum ex Frontispicis naturalis sui
Theatri ab eodem Illustriss. descriptis, depromptum, & impressum, à Lynceorum Academia
S. D. N. Papæ Urbano Octauo in perpetua deuotionis symbolum oblatum fuit anno 1625.
cum nostratis Apis imagine accuratissimè à clariss. D. Francisco Stelluto Lynceo, viro
praterquam in alijs omnibus, ut supra diximus, scientijs in naturalibus etià studiosissimo, nouo
quodam Microscopio obseruata; ut qui illam viderit, in admirationem incidat, dum tam-
multas partes organaq. ipsa aperte depicta discernit, quæ ab inuentium oculis in ipso animalcu-
lo omnino absconduntur. Theatrum parò, & alia varia supradicti Excellentiss. Principis
doctissime lucubrations quamprimum, in studioforum gratiam, pralo subiiciuntur, ex quibus
quantum scientijs varijs acquirendis insudauerit, & quantum in ijs profecerit, omnibus palam
fiet; tantique Principis scientiam eruditionemq. summam, ac republ. litterariam adiuuan-
di studium, solertiam, ac liberalitatem, quam nos superius & hic attingimus, summis laudibus
in toto Orbe extollendam existimamus.

AD LIBRVM DECIMVM.

Pag. 336. Cap. 1.

De Succini, & Bituminis generatione, varietate, natura, splendore, colore, piscatu, tempore,
modo, & loco, atque herbis marinis in ipso vigentibus vsu medico vide Gocbellium, Bellonium
ac Ferdinandum Imperatorem in sua hystoria, naturali italica lingua Neapoli impressa lib. 14.
cap. 5. usque ad 9. & Franciscum Imperatorem eius filium in lib. de Fossilibus.

Pag. ead. Cap. 3.

Differentia huius lapidis Mezeuiliati, tam in substantia, magnitudine, colore, & ad ignem
mutatione, vel contumacia doctissime referuntur à nostro Imperato hyst. natural. lib. 25. usque
ad cap. 4. Qui flamma vento in laminam irruente, Luna dimidiata iconem argenteo colore, &
que splendore in medio excitabat, flammam intra limites signata Luna effigiei paulatim circ-
cumferendo, sic enim eo loci flamma vento illata, lapis mutationem coloris acquirat argentei
amittendo translucentiorem. Id facillè quisque facere poterit, si artificem vitreorum, moni-
lium, & iocalium adierit, qui simili flamma molli vitrea; aliàs si tota igni exponatur lami-
na, tota simili colore afficeretur, si rectè sint ignia.

Pag. 337. Cap. 5.

Lapidis Antiquorum varietates, & natura à doctiss. Ferdinando Imperato referuntur
lib. 22. cap. 39. qui in ea est opinio illum longè differre ab Iaspide Recentiorum, qui vulgò
Dialpro dicitur. Nam Antiquorum Iaspis, alius est Smaragdo similis, alius Crystal-
lino, alius aëri, alius Phlegmatis effigie, alius veluti fumo permixtus, alius lineis cinctus albis,
splendidis, alius Terebinthine, Resinae similis, & lapidi Callaidi. Quæ differentiæ ab ipso
Dioscoride referuntur. Ex Plinio verò comprehenduntur etiam Heliotropium Chalcedonium,
& Corneolarum varietates, quorum varietas in colore, nullam offert substantia lapidum va-
rietatem, similis quidem, immò eadem est eorum substantia & ortus. Ex eodem genere censetur
lapis, quem Recentiores Turchesam appellant, cuius ortus & substantia longè variat, & ab An-
tiquis, quia colore sit aëri similis, Acrizusa dictus fuit: quorum ortum intra cerulæ saxi mi-
neralis cauitates obseruatum ab amico scimus, & varij coloris, saturi, & diluiores, varij
gradus, & magnitudinis, ut scilicet exigui reperiantur Miito paulo maiores, & magni Fabam
excedentes, splendidi, sed non transparentes.

Quem verò Recentiores Iaspidem siue Diasprum appellant, Achatem Antiquorum noster Im-
peratus putat, atque eius ortum in Sicilia copiosum, magnitudine enormi, atque multicolorem
esse ait: & alium colore palumbino, alium corneo, alium sardo, alium sanguineo, alium candi-
dicante, alium arborum iconem representantem distinguit. Est & alia species Corallio similis,
qua igni imposta & vna Myrrhe odorem refert: alia qua aureis punctis, ut in Sapphyro, di-
stinguitur in Creta frequentissima. In India verò maiores varietates habere, ut qua flumina
representet, nemora, quadrupedes, e quorum ornatum, & alia varia; atque in tali lapidum
specie, vitri translucentiorem maximi estimari scribit.

Alexonal- li Succinim Bitumina.

Chimialo- zati. Mezeuiliati.

Extrepa- tis. Iaspis no- Hisp.

Exempl.
Lapis 2.
no. filip.

Tyllyasid.
Hefada.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Pag. ead. Cap. 6.
Diapri nomine apud nos est lapis iste, & vulgo Itagnafangu appellatur, quia sanguinem
fifere adalligatum, docuit experientia, & vulgaris est.

Pag. 338. Cap. 7.
Hunc lapidem sub nomine Hefada nouimus, sed qui maiore fit fama, experimento, vidi-
musq. magnitudine duarum unciarum diametro, effigie faciei hominis Aegyptij apud R. P. Fr.

Sixtum Ordinis Predicatorum Neapoli in Conuentu S. Catharine de Formello, qui magni asti-
mabat, verum pro sua infirmitate ad alia medicamenta potius recurrere opus erat; an autem
quia lapis non esset illius regionis, vel alterius speciei, vel genuinus, & minus efficax, ignoramus.
Virum efficaciam in hoc lapide ex loco, in quo nascitur habere apparet, nam alij huic lapidi maxi-
me confidunt, eiusq. vires extollunt, se illo liberatos affirmantes, alij nequaquam. Euenit etiã mo-
do illius ostendi, & loco in quo detinetur, sicuti à fide digno accepimus, qui cum maximis dolori-
bus diu fuisset vexatus, neque medicamenti Cassie cathartice, & alij remedium illum senti-
ret, tandem hunc lapidem ab amico nactus, ad brachij sinistri media alligauit, deiecitq. cum
urina lapide, & magna arena copia, à morbo liberatus fuit; sed quod admirandum, cum postea
sforax eodem malo laborans, lapidem ab ipso mutuata fuisset, & per mensem illo caris, iterum mor-
bo correptus, aut eodem recepto, & alligato spatio duarum bararum, deiecit iterum duobus lapillis,
& arena copia, pristina sanitati restitutus (lapide semper brachio adalligato) & nunquam
posthac tali morbo afflictus fuit. Lapidis huius effigie quadrata plana, colore ex cinereo ob-
scure virescente, nullis maculis, sed tantum inconcinnis quibusdam lineis varijs, quandoq. densis
pluribus, alibi varijs utraque parte inscripti, ut liuorem minuant. Atri expositus lapis, vel Soli,
Alabastrò obscuriorem transluciditatem, veluti fumosam, ostendit. Quare non mirum si alij
lapides, ut ille supradicti Monachi, qui erat longè viuentior, solidior, & splendidior, sed non
transparens, ut diuersi generis, nihil auxilij astulissent. Vidimus, & alios eodem nomine insi-
gnitos, maculis albis magnis distinctos, & liuore lucentes, an dictis viribus sint praediti, ignoramus
quare experientia prius comprobandi sunt, quam emanant. Lapis verò à nobis descriptus,
crassitie quartam uncia partem aequabat, latus unciarum, & sequinquartiam longus.

Pag. 340. Cap. 14.
Imperatus noster hunc lapidem ad siliceam, vel potius vitream accedere naturam putas

lib. 22. cap. 2.
Pag. 341. Cap. 18.
Heliotropium nostrate inter Lapidis species enumerat Imperatus noster lib. 23. cap. 10. Au-
thoris lapidem, quia exiguus refertur, ab Europeo differre putamus.

Pag. ead. Cap. 20.
Ochram, Dioscorides ait, habere vim vltam & lotam, adstringendi, erodendi, collectiones, &
tubercula dissipandi, excrecentias in carne reprimendi, cauitates cum cerato explendi, & articu-
lorum topbos comminendi. Imperatus noster eius varietates lib. 5. cap. 24. & seq. enumerat,
quem videre poteris lector curiosus.

Pag. ead. Cap. 21.
Alba terra varia apud Dioscoridem describuntur, nam Eretria, Samia, Chia, Selinuntia, Ci-
molianae autem Cimoliae congener, quia liuorem digitis asferre ait Auctor noster, & Cimoliae
teste Dioscoride, sit pinguis, asferere nequimus, nam & inuenitur alia terra alba, quae vulgo
Calcimonia dicitur, quia Calois modo alba sit, friabilis, & solabilis, & vsum praebet, cuius vis
est refrigerandi, sed si vtratur, acquirit acrimoniam. Est & Agaricum fossile vocatum, quia
terra leuissima sit & candida, & aqua soluta lac refert, Lunæ lac appellari dicitur, & vi-
ribus Samiae similibus praedicatur. Vide qua Imperatus noster lib. 5. cap. 40. & 41. refert.

Pag. 342. Cap. 23.
Vide de his omnibus congeneribus, qua Imperatus noster in sua hist. naturali lib. 13. tradidit.

Pag. ead. Cap. 24.
Praeter has species à Dioscoride traditas, Aluminis scissilis, sive trichitidis liquidi, & ro-
tundi, sunt & naturales alia, crustosi nempe, & crustosi botryoidis, quod in acinorum extube-
rantium modum, tumidum apparet. Quas species omnes in foro Vulcanio nos Puteoli obseruasse
meminimus. Vide Imperatum nostrum in sua naturali historia lib. 13. cap. 10, 20. & 21. De
falsitio Alumine, quod rupeum est, vulgo de Rocca, sic enim rupes italice dicitur, scribit
Matthio.

Exempl.
Lapis 2.
no. filip.

Exempl.
Lapis 2.
no. filip.

Exempl.
Lapis 2.
no. filip.

Exempl.
Lapis 2.
no. filip.

Exempl.
Lapis 2.
no. filip.

Exempl.
Lapis 2.
no. filip.

Matthiolus & idem Imperatus; & non solum fieri potest ex lapidibus, & ex terra alumino-
sa, sed etiam ex ipsis Aluminis naturalis speciebus, infusione, & coctione facilius elicitur. Vires
diffuse Dioscorides docuit, & in Plinio etiam leguntur. Liquidum Alumen appellatum à Dio-
scoride, non est illud vulgare falsitium, translucentum, sed naturale, pingue tactu, molle, opa-
rum, & ita Puteoli reperitur.

Pag. 343. Cap. 25.
Salium genera, differentia, sortus, natura & vires elegantissime à nostro Imperato in sua hist.
natur. lib. 13. cap. 4. sicuti & aliorum succorum mineralium proponuntur. Sed Salium diuersa
nomina, & genera parum esset scire, nisi illorum etiam varia qualitates & vires nota sint,
nec enim quia omnia genera Salium salsa sapore, in eodem salso sapore nulla est differentia,
nam praeter illud magis, & minus salsum, inest vel acrimonia, vel amaror, vel acerbitas,
aut aciditas coniuncta, qua omnia differentiam paruum in sapore, viribus tamen magnam
ostendunt. Quocirca aliqui hoc loco de illis placuit referre. Saligitur omne compositum est
ex Terra, Sulphure, & Mercurio, sed quia Sulphur & Mercurius non conspiciuntur, ut postea
dicitur, Sal appellatur quod est duplex, fixum & volatile. In Sale Sapor exercitur, in Sulphure
odor, in Mercurio potissimum colores. Et quamuis tanquam principium firmum, fixum, &
substantificum rerum omnium, comparatur elemento Terra puro, non tamen ut illa Terra pura
elementaris, est frigidum & siccum (qua qualitates sunt mors rerum compositarum, & steri-
litas in non compositis) sed est calidum qualitate actiua prae diuina, in seruienti generationi rerum
cunctiarum. Diximus compositum ex Sulphure, nam Sulphur confertur Igni, quia pabulum
est illius, sicuti alia bituminosa, oleaginea, pinguis & resinosa. Item ex Mercurio, qui respon-
det sua natura Aqua & Aeri, non enim de minerali Argento vno credendum est, sed ita di-
ctum, quod humidum sit, & in vaporem siue Aërem dissipetur calore admoto, Terra igitur &
Aqua, siccum & humidum se miscantur, non coherent, nisi adsit quoddam medium inter fic-
cum & humidum, inter fixum & volatile, quod est pars pinguis sulphurea, quae participat de
utroque & natura sua tenax & efficae ad gluten faciendum, iustiamq. eorum trium mixtio-
nem. Sulphur igitur siue oleaginea substantia, Salis & Mercurij est mediator, & utrumque
copulat, Salisq. acrimoniam, & Mercurij aciditatem, quae ut plurimum in eo reperitur, re-
primunt & contemperat, haud secus ac spiritus & humidum illud viuificum seu radicale, ani-
malem incorpoream substantiam, cum corpore, quod toto genere distat, coniungit. Sed ad Sa-
lium diuersitatem redeamus. Salium aliud est commune, quod Mare per secretos Terra mea-
tus toti Orbi communicat, quod tanquam aliorum saporum magis expert, hominum & anima-
lium cibo aptum est, alimenta distribuens, & condimentarium. Aliud Sal gemma amarum,
vires habet extergentem, euacuantem siue purgantem, ut alia herba amara, item omnia fellea,
quibus Sal amarum inest, & nitrosum. Sal aluminosum saporem habet acerbum, & commu-
nicat acerbissimam. Vitriolum quod etiam ex genere Salium est, saporem habet adstringentem
sipticum. Armoniacum habet aciditatem, quare Sal quod aliquam supradictorum mixtio-
nem tenet, participat de illa qualitate, sicuti de sapore, diuersos ex illo sapore pariens effectus,
idque beneficio duorum Salium volatilium, quae omnium optimè commiscuntur propter subtilita-
tem atque substantiam spirituosam. Armoniacum acidum, copiosum in Vitriolo, eiusdemque
fermentatio, est coagulationum, & dissolutionum omnium rerum causa. Atque aciditas illa
Salis Armoniaci, seu Sal Armoniacum spirituale, reperitur non tantum in Vitriolo, & Vegeta-
bilibus acidis, sed etiam in Sale communi, in Nitro, Sulphure, & rebus omnibus. Nam illa aci-
ditas illud ipsum est, quod Sulphur coagulat, & copiose in eo inuenitur, nam alia Sulphur ipsam
fluidum esset, & non cohereret, ut liquores oleaginei, quod longè diuersum est à natura Sulphu-
ris, imò contrarium, cum non modò ignem non concipiat, sed etiam puluis pyris ne accendi pos-
sit, praesert, habeatq. vim quoque acidam dissoluendi margaritas, corallia, corporaq. solida, coagu-
landi verò spiritus ardentis, qui in inflammationes in corpore internas vel externas excitant, sin-
gulare remedium, ac proinde ad febres extinguendas praestantissimum. Si plura & clariora de-
sideras, vide clarissimum D. Iosephum Quercetianum in lib. de piscor. Philosoph. vera & Medici-
na vera materia, & in tract. de simpl. signat. intern. ubi maxime delectaberis.

Pag. 344. Cap. vlt.
Niri generatio, substantia, qualitas & differentia à nostro Imperato distinctè traduntur
in sua nat. hist. lib. 13. cap. 10. & etiam à Francisco eius Filio in lib. de fossilib. ubi om-
nia

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

Exempl.
Sal.

nia in Museo Imperati contenta obseruantur, & diligentissime traduntur. Notatur à doctiss. Collega nostro, ne in separanda Salis portione à Nitro è Terra confecto, lixiuij vel amaritudinis pars aliqua relinquatur. Hinc occasione nacti, addendum existimauimus, Nitrum siue Sal nitrosum habere quandam amaritudinem coniunctam, & propterea comparari inter alios corporis humani succos, amara bili, sicuti Sal aluminosum pungens, & Stipticum, pituita vitrea; Sal vitriolatum, aruginosum, bili aruginosa; Sal Armoniacum, acetosum, pituita, & melancholica acida. Sal commune simpliciter salsum, pituita salsa: Sal dulce saccharinum pituita dulci, Sal verò Arsenicale & stipticum malignis, & pestilentibus humoribus, ex quibus anthraces, ulcera cancrosa & similia. Quæ Salia omnia, si spagyrica arte medicamenta fiant, & spiritualem induant qualitatem, pluribus, omnibus quidem dixerit, morbis remedio fore, ne dubites. Vide Quercetanum loco citato, & medicamina mira comperies.



Appendix ad Serpentarij Narcissi descriptionem.

Ne immemores verborum in calce descriptionis elegantis huius nouæq. plantæ videamur, & ne quis nobis ignauia notam inurere forsitan possit, pro virili enixi sumus, ut quid amplius huius plantæ historia adderemus. Hoc anno mense Septembri floruit. Illustris, autem D. Bernardinus de Corduba (de quo supra) ut & nos, & rei herbariæ studiosos solito favore prosequeretur, florem iussit custodiri, donec fructum perficeret, quem etiam si minus ad maturitatem protulit, ex eodem tamen imperfecto multo licuit obseruare, & notare, ita ut plantam hanc rarioris, nouiq. planè generis existimare debeamus, nullis nostri Orbis plantis nec fructu vel flore, nec specie similem.



Proprium habet, ut fructu serat copiosum in summo caulis, & floris ovali plana basi, duabus uncis longa, & paulò minus lata. Post Solis in libram ingressum marcescentibus, & dependentibus floris folijs, & longis petiolis ex albo virentibus, & maculosis etiam nonnullis semiunciam & plus longis, fructus profert Oliuæ nuclei magnitudine trigonos, quibus flosculi insidunt, ut diximus, copiosè numero plusquam centum. Flosculis decisis, quod euenit in fine Septembris, quo tempore hoc anno 1628. notauimus, dum hæc imprimenda erant, rubescunt, arcam trigonam in summo eorum deferentes, ternas celiulas habentes, in quibus singula semina ab imo ex breui petiolo trigona dependebant, & quia adhuc immatura, & ex albo virentia, an plura emittat nescimus: sapore erant ex acerbo amaro. Bulbus, ut ablata parùm terrâ licuit obseruare, (non enim ultra permissum, ne bulba vis auferretur) iam solij cacumen vix exerebat extraterrâ ex bulbo: magnus est, Alabastrini modo candidus, solidus, & squamis crassis tribus distinctus, qua, ut existimamus, ora fuerunt, ex quibus aliàs caulem, & folia producat. Vinam propagata in sobolem plantæ ulterius obseruare permisisset, plura sanè cum exactiore historia proferre nunc nobis licuisset. Iconem quidem, quoad fieri potuit, accuratam exhibere voluimus, ut pro viribus Botanicae studiosis satisfacere mus.



